



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

Quarta Conclusio. Præbens poculum amatorium absq[ue] arte magica, si mors non sequatur, punitur extraordinariè ad iudicium iudicis, pro varietate circumstantiarum occurrentium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

Quarta Conclusio. *Præbens poculum amatorium absq[ue] arte magica, si mors non sequatur, punitur extraordinarie ad iudicium iudicis, pro varietate circumstantiarum occurrentium.*

**M**ENOCH. in d. casu 358. & Petrus Gregor. loco citat. & alij alibi. Ratio est: quia tentat pudicitiam, quæ res est turpissima, & pessimi exempli: olim tamen, vt clarum est ex text. & Gloss. in d. L. Si quis aliquid ex metallo. §. Qui abortionis. de lege ciuili humiliores in metallum damnabantur, honestiores in insulam, amissa etiam parte bonorum, relegabantur. Et quia hîscetemporibus pænæ relegationis & effodiendi metallum in usu non sunt, iudicis arbitrio talis puniendus est.

### QV AESTIO IIII.

*An malefici possint inducere pluuiam, tempestates, grandines, & similia meteorologica, quibus fructibus, aut seminibus noceant, vt d. L. significat.*

**I**OANNES VVierus lib. 6. de præstigijs Demonum, cap. 27. & alibi, dicit, Christianum Imperatorem in his LL. locutum, non quasi ipse crediderit, vel alios credere voluerit, eiusmodi miracula siue calamitates ab homini-